Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



17

I. Bonorum meorum non indiges inter sanctos tuos consortium mihi domine. Ant. Inclina domine aurem.

in inferno: nec dabis sanctum tuum videre
corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite.
adimplebis me letitia cum vultu tuo: delec
tationes in dextera tua usque in finem.
Exaudi domine iusticiam meam: in
tende deprecationem meam. Auribus
percipe orationem meam: non in
labiis dolosis. De vultu tuo iudicium me
um prodeat: oculi tui videant equitatem.
Probasti cor meum et visitasti nocte: igne
me examinasti. et non est inuenta in me in
iquitas. Vt non loquatur os meum opera
hominum: propter verba labiorum tuorum
ego custodiui vias duras. Perfice gressus
meos in semitis tuis: ut non moueantur
vestigia mea. Ego clamaui quoniam exau
disti me deus: inclina aurem tuam mihi et
exaudi verba mea. Mirifica misericor
dias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextere tue custodi me: ut